

# Pyramus et Thisbē II

Dr. Stark

*Latin via Ovid*

Ecce Thisbē ex spēluncā venit.  
Amantem oculīs quaerit quod eī  
dē periculīs nārrāre dēsīderat.  
Locum et fōrmam arboris videt,  
sed color pomī eam incertam  
facit. Dum dubitat, videt in herbā  
sub hāc arbore corpus Pyramī  
cruentum. Multīs lacrimīs ita  
clāmat virgō territa, "Pyrame, quis  
tē ā mē rapuit? Pyrame, Pyrame,  
respondē, tua tē cārissima Thisbē  
nōminat!"



Ad nōmen Thisbēs Pyramus  
oculōs aperuit; tum iterum eōs in  
morte clausit.



Ubi Thisbē vėlāmina sua  
gladiumque Pyramī vīdit, "Tua tē  
manus," inquit, "amorque tuus  
necāvit. Mihi quoque sunt amor et  
manus. Mē in mortem mittam; sī  
causa mortis tuae fuī, comes quoque  
mortis tuae erō. Ō, parentēs miserī,  
date nōbis hoc dōnum. Pōnite in  
hōc tumulō ūnō nōs quos\* amor  
coniūnxit, quōs ūna hōra coniūnxit.

At tū, arbor, habē semper pōma  
purpurea, monumenta duōrum  
amantium mortuōrum."

\*Us whom love has joined together.



Dum haec dīcit, gladiō Pyramī sē  
necat. Et deī et parentēs haec  
verba audīvērunt, nam color  
pomī mōrī\* nōn iam albus est,  
sed purpureus ubi permātūruit.  
Cinis duōrum amantium in ūnā  
urnā requiescit.\*\*

\*of the mulberry tree

\*\*rest



# Demonstrative Pronoun/Adj. *this*

|      | singular |       |       | plural |       |       |
|------|----------|-------|-------|--------|-------|-------|
|      | M.       | F.    | N.    | M.     | F.    | N.    |
| Nom. | hic      | haec  | hoc   | hī     | hae   | haec  |
| Gen. | huius    | huius | huius | hōrum  | hārum | hōrum |
| Dat. | huic     | huic  | huic  | hīs    | hīs   | hīs   |
| Acc. | hunc     | hanc  | hoc   | hōs    | hās   | haec  |
| Abl. | hōc      | hāc   | hōc   | hīs    | hīs   | hīs   |

# Demonstrative Pronoun/Adj. *that*

|      | singular |        |        | plural  |         |         |
|------|----------|--------|--------|---------|---------|---------|
|      | M.       | F.     | N.     | M.      | F.      | N.      |
| Nom. | ille     | illa   | illud  | illī    | illae   | illa    |
| Gen. | illīus   | illīus | illīus | illōrum | illārum | illōrum |
| Dat. | illī     | illī   | illī   | illīs   | illīs   | illīs   |
| Acc. | illum    | illam  | illud  | illōs   | illās   | illa    |
| Abl. | illō     | illā   | illō   | illīs   | illīs   | illīs   |

# Imperative Mood

|            | 1st    | 2nd    | 3rd     | 3rd -iō | 4th    |
|------------|--------|--------|---------|---------|--------|
| Infinitive | vocāre | docēre | mittere | fugere  | venīre |
| Imp. Sing. | vocā   | docē   | mitte*  | fuge    | venī   |
| Imp. pl.   | vocāte | docēte | mittite | fugite  | venīte |

\*imperative sing. of dīco, faciō, ferō is irregular: dīc, fac, fer